

verborum fuco: copiave orationis. Sed ne iudicium quidem ullum recens adhibui: praesenti recognitioni: omnia ad pristinam illam censuram referens: satis credo tibi nota est verecunda illa professionis ratio in tuo Sabellico: qui in obscuris et ambiguis nihil mutat: nihil restituit: nisi iudicio fretus: et autoritate: ubi utraque re laboratur asteriscum margini affigit. Quum vero solo iudicio status: tum pristina lectione integra et si quid est, quod rectius reponi possit: particula in fronte ponitur subducta linea: monetque interim lectorem videat an eo modo rectius legi possit: in quo genere tota propemodum haec observationum ratio: quae ad te mittitur posita est uteris itaque tuo iudicio: at si quae eiusmodi videbuntur quae tuto recipi possint: poteris his uti si voles in tua bibliotheca emendanda: quanquam nihil sit illa emendatius. Nec tu Fortuni contempnas hoc scribendi genus: quo et summi viri usi sunt: et humana scientia nihil repugnat: quippe quae magis in falsi refutatione sita est quam in confirmatione veri. Sed quid tam multa: quicquid hoc est tibi uni datum puta. Solum mecum solo loqui existimes: amicum cum amico: in nullis fidem meam obstringo omnia in medio sit. Ego quod ad officium attinet: satis me Fortunio placuisse arbitrabor: si non in omnibus displicuero. Vale.

*(segue al r. della stessa pagina):*

Observationes M. Antonii Sabellici ex varia auctorum lectione  
Ad Franciscum Fortunium.

*(Le osservazioni cominciano con Plinio, e il discorso è rivolto sempre al Fortunio. S' iniziano così):*

Primum omnium illud apud te testatum relinquam vir amicissime, esse locos quosdam ecc.

*(Le note a Plinio comprendono 6 pag., vengono poi quelle a Valerio Flacco, che cominciano così):*

Progressa est paranaesis haec cum operis enarratione ad quartum usque et trigesimum naturalis historiae librum: si quae deinceps observabantur non gravabor mi Fortuni annotare. Nunc quae ex Valerii Flacci lectione tibi subiciemus: attende ac si quae digravidebuntur quae recipiantur: utere his quando in hunc usum tibi mittuntur in tua bibliotheca emendanda: caetera pro non missis habeto.

*(Dopo due pagine viene Lucano):*

Et haec sunt, Fortuni, quae ex duorum illustrium scriptorum lectione observata tuae exactissimae Minervae pensitanda libens subieci: nunc ut tuam locupletissimam bibliothecam huiusmodi pleniore adhuc officio demerear adiiciam pauca ad Annei Lucani recognitionem pertinentia. Quae qualia sint iam hinc cognosce.